

De eodem. Est probanda illa etiam liberalitas, ut Proximos feminis tui non despicias, si egero cognoscas. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen, ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus: causam enim natura praestat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicat, ut Tuos divites facias; sed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere? pretium autem tuum querunt: vitam tuam fructum adimere contendunt: & accusant eos, quod eos divites non feceris: cum te illi velint aeternae vitae fraudare mercede?

Corr. Rom. a Causa enim. Apud B. Ambrosium legitur, causa enim praestat, non gratia, itaque apud Anselmum, & in Polycarpo. Sed vetusti codices Gratiani, & Glossa cum impressis concordant. Alia autem nonnulla ex ipso Ambrosio sunt emendata.

XVII. IDEM AMBROSII ibidem paulo inferius. [an. 377. Mediolan.]

De eodem. Consideranda est etiam in largiendo aetas, atque debilitas; nonnumquam etiam verecundia, qua ingenios prodit nates, ut senibus plus largiaris, qui sibi labore jam non querunt victum querere. Similiter & debilitas corporis, & haec juvenada promptius: tum si quis ex divitiis occidit in egestatem; & maxime, si non vitio suo, sed aut latrocinio, aut proscriptioe, aut calumniis, quae habeat, amittit.

XVIII. IDEM lib. 2. Officiorum, c. 21. [an. 377. ibid.]

De eodem. Pulchra etiam liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, ut abundes pluribus, non conciliandi favoris gratia ultra modum fluere. Quidquid ex affectu puro, & sincero promittitur, hoc est decorum: non superfluas adificationes agere, nec praetermittere necessarias. Et maxime Sacerdoti hoc convenit, ornare Dei templum honore: impensas misericordiae convenientes frequentare: quantum oporteat, largiri Peregrinis, non superflua, sed competens, &c. Item. §. 1. Comparatum postumus, juvenis; & plus interdum, quam postumus. Melius est enim pro misericordia causas praestare, vel invidiam perpeti, quam praetendere inclementiam; ut nos aliquando in invidiam incidimus, qui confringerimus vasa myrica, ut captivos redimeremus.

Corr. Rom. a Pulchra etiam. Apud B. Ambrosium legitur: pulchra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere. Sed apud Anselmum, & in Polycarpo habetur ut apud Gratianum, & adest Glossa in voce, dato.

XIX. IDEM ad c. 3. Lucae, in vers. Generatio viperarum. [an. 376. ibid.]

De eodem. In singulis quoque generibus hominum conveniens tribuit Sanctus Baptista Joannes responsum, unum omnibus, ita: publicanis, ne ultra praescriptum exigant; militibus ne aliquid exquirant, ne praedam requirant; docens idcirco stipendia constituta militibus, ne dum sumptus queritur, praedo grauetur. Sed haec, & alia officiorum praerogativa propria singulorum, misericordia communis est usus. Ideo commune praerogativa omnibus officiis, omnibus aetatibus necessaria, & ab omnibus deferenda. Non Publicanus, non Miles excipitur, non Agricola, vel Urbanus: Divites, & Pauper, omnes in commune admonentur, ut conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est proposita perfecta forma virtutum, ne vestimentis, alimentisque suis parcant. Misericordiae tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanae mensura fervetur, ut non sibi unusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiat.

XX. IDEM ad c. 18. Lucae. [an. 376. ibid.]

De eodem. Ceterum Dei traditio est, ut prius pascas parentes. Nam si juxta Divinum oraculum, contumelia parentis morte luitur; quanto magis famae, que morte gravior est? Quo loco insolentem Dominus intrinsecus iactantiam, &c.

XXI. IDEM in libro de Officiis a. [c. an. 377. ibid.]

De eodem. Pisce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem servare poterat, si non pavisti, occidisti. Corr. Rom. a De officiis. Caput hoc non est inventum apud B. Ambrosium: sed apud Anselmum, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomaeus Urbina Eremita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambrosii, affert hunc locum ex eodem Ambrosio in Libro de alendis pauperibus, qui Liber haecenus desideratur.

XXII. Item Hieronymus in Commentariis ad Galatas, c. 6. in vers. Alter alterius. [an. 386. in Palestina.]

De eodem. Qui clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiae, & lachrymarum, quamvis spiritalis sit, non adimplet legem Christi.

Similiter etiam oportet Episcopum non esse percussorem, id est, non ad vindictam facilem. Unde scribit Gratianus.

XXIII. GREGORIUS I. Joanni Episcopo Panormitano, lib. II. Epist. 49. [an. 603. Roma in Siciliam.]

Ad vindictam Episcopus facilius esse non debet. Si quid vero de quocumque Clerico ad aures tuas pervenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas; nec ad vindictam te res accendat incognita: sed presentibus Senioribus Ecclesiae tuae diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcit, Canonica districtio culpam feriat delinquentis.

XXIV. IDEM Januarii Episcopo, lib. 7. in dict. 2. Epist. 1. [an. 598. Roma in Sardiniam.]

De quodam Episcopo, qui antequam Missarum solennia celebraret, die Dominico ad exarandam messem iustitiam profectus est.

Tanta nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam nisi adhuc humanitas pensarem, fixa jam maledictione ferirem. Dicitum quippe mihi est, quod Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares, ad exarandam messem Latoris praesentium perrexisti, & post exarationem ejus, Missarum solennia celebrasti: post Missarum solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum quae poena debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubii autem de tanta hac perveritate fueramus: sed filius noster Cyriacus Abbas a nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognovisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parvis, hortatur, ut aliquando respicias miser Senex, atque a tanta te levitate morum, & operum perveritate compescas. Quantum morti vicini efficeris, tantum fieri sollicitior, atque timidior debes. Et quidem poena sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute novimus, interim tacemus. Eos vero, quorum consilio haec egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus: ita tamen, ut si quid eis intra duorum mensium spatium humanitatis advenerit, benedictione Viatici non priventur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus exiit: te quoque sollicito custodi, ne si eis in malo dilcipulus fueris, quibus in bono magister esse debebit, nec simplicitati tuae ulterius, nec senectuti parcamus.

Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet propriis manibus aliquem caedat. Unde legitur Gratianus.

XXV. IN AGATHENSI a CONCILIO. [forte ex nov. Constit. 115. c. 16. apud Julian. Antecessor. an. 546. Constantinopolim.]

Non licet Episcopo propriis manibus aliquem caedere.

Non licet Episcopo manibus suis aliquem caedere. Hoc enim alienum a Sacerdote esse debet. Corr. Rom. a Agathensi. Hoc Caput non habetur in Agathensi, quod extat. Burchardus & Ivo citant ex Decretis Bonifacii Papae. Habetur autem in nov. Constit. 115. c. 16. apud Julianum Antecessor. Non diffimilis etiam est Canon 28. Apostolorum, quem interpretatur Synodus Constantinopolitana, quae prima, & secunda dicta est, cap. 9.

Prohibetur etiam Episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhoneste negotio victum, vel cetera sibi necessaria quaerat. Quod generaliter de omnibus Divino cultui mancipatis, id est Clericis, & Monachis intelligi oportet. Unde legitur Gratianus.

XXVI. IN CALCHEDON. CONCILIO, c. 3. [an. 451. in Bithynia.]

Qui commoverantur in Clero, turpibus lucris non inveniunt.

Pervenit ad sanctam Synodum, quia de iis, qui in Clero commoverantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarum possessionum conductiones, & causas seculares suscipiunt; & a sacris quidem Officiis se per desidiam separant, ad domos autem secularium avaritiae causa suscipiunt. Decrevit ergo sancta & magna Synodus, neminem horum deinceps, hoc est, Episcopum, sive Clericum, aut Monachum conducere possessiones, sive Equum ad minorum aetatum rationibus; nisi forte, qui Equus ad minorum aetatum tutelam, sive curationem innoxiosissimas attrahuntur, ut cui civitatis ipsius Episcopus Ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quae defendere sunt, & earum personarum, quae maxime Ecclesiasticae indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit haec praerogativa, correctioni Ecclesiasticae subiacet.

PITH. Alienarum. V. C. majorum. Officiis. V. C. Minoribus. Et. V. C. au. Haec praerogativa. V. C. Statuta huiusmodi.

EPISCOPI SINT VIDUARUM, ORPHANORUM, PAUPERUM PROTECTORES.

DISTINCTIO LXXXVII.

Gratianus. Viduis autem, & orphanis Ecclesiae praesidium implorantibus Episcopi debent adesse: & contra improborum violentias, protectionis patrocinium eis negare non debent. Unde

Leontio. I. GELASII Gerontio a, & Petro Episcopis. [c. an. 394. Roma.]

Implorentibus patrocinium, Episcopi debent adesse. Licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus, in quantum possumus, nos negare; plus tamen viduarum, & orphanorum causas, & impensibus ducimus exequendas: quas tueri a nobis, vel ab omnibus Divina manifestat assertio. PITH. Licet. V. C. licet in omnibus. Et orphanorum causas. V. C. Absunt a V. C.

II. IDEM Anastasio Episcopo. [c. an. 394. ibid.]

De eodem. Defensionis propriae desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse pro aetatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subvenire: quia pupillis a tuitionem etiam Divinitas iussit impendi. Et ideo Maximo, & Januario, Clericalis officii (qui te solatio parentum, vel propinquorum asserunt desitutos) auxilium ex nostra delegatione praestabis: ut adversus improbitates adversariorum suorum protecti, tuae executionis amittis noxia commenta non sentiant.

Corr. Rom. a Pupillis. In codicibus impressis sequitur, & viduis: quae voces expunctae sunt, quia absunt a plerisque vetustis. Et quae antecessor, ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis. III. IDEM Leontio, & Petro Episcopis. [c. an. 394. ibid.]

De eodem. Quisquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos convenit animositate praestare.

IV. IDEM Honorio Episcopo. [c. an. 393. Roma in Dalmatiam.]

De eodem. Divinae retributionis memor ad Pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium commodos piam sollicitudinem non negare.

V. IDEM Fortunato Episcopo. [c. an. 394. Roma.]

Tueatur Ecclesia, quos in sui desensio suscepit.

Religiosam a profusis, & execrabilem iudicamus, si quisquam a vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide, & tota animi sui educaverit sanctitate. Ac cum Olympii Diaconi Dilectionis tuae, Felicis, & Olympii suggeratur avunculus, eosque parvulus tutela vice susceperit nutritus, ultra latrocinium esse iudicamus, quod eos bonifacius a parentum (sicut asserunt) reliquit extorres, alia retinendo, alia contra Leges, & Jura vendendo.

Corr. Rom. a Quisquam. In vulgatis codicibus sequitur vox, Clericos, quae in aliquot manuscriptis, & apud Ivonem non habetur, ideoque sublata est. Non enim hic Clericos cum Laicis, sed extraneos cum sanguine iunctis comparat.

VI. IDEM EX CONCILIO ARAUSICANO I. c. 5. & sequentibus. [an. 441. in Gallia.]

Confugiunt ad Ecclesiam extrahere non licet.

Eos, qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportet: sed loci sancti reverentia, & intercessione defendi. §. 1. Si quis autem mancipia Clericorum pro suis mancipiis ad Ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Ecclesias districtissima damnatione feriat.

§. 2. In Ecclesia quoque manumissi, & per testamentum Ecclesiae commendatos, si quis in servitutum, vel obsequium, vel ad coloniarum conditionem revocare tentaverit, animadvertendum Ecclesiastica coarceatur.

VII. IDEM EX CONCILIO AGATHENSI, c. 29. [an. 506. in Gallia.]

In libertate Ecclesia tueatur Liberti.

Liberti legitime a Dominis suis factos, Ecclesia, si neccitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut pervadere, aut expoliare praesumpserit, ab Ecclesia repellatur. Pars I.

VIII. IDEM EX CONCILIO TOLETANO IV. c. 71. [an. 633. in Hispania.]

A Sacerdotibus defendantur Liberti, ne in servitutem revocentur.

Liberti, qui a quibuscumque manumissi sunt, & Ecclesiae patrocinio commendati existunt, sicut regulae antiquorum Patrum constituerunt, Sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegentur, sive in statu libertatis eorum, sive in peculio, quod habere noscuntur.

IX. IDEM EX CONCILIO ARELATENSIS II. c. 32. [an. 452. in Gallia.]

Expositos defendat Ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit.

Si expositus ante Ecclesiam cuiuscumque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat Epistolam, ut si is, qui collectus est, intra decem dies quaesitus, agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sane, qui post praedictum tempus calumniator extiterit, ut homicida, Ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

PITH. Ex Concilio Arelat. Vetera duo exemplaria Arelatenis Synodi quibus usus sum, non habent hoc caput, cui non dissimile extat cap. ult. Concilii Valentis: sed referunt Ivo & Burchardus.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SECULARIA NEGOTIA NON CURENT.

DISTINCTIO LXXXVIII.

Prohibentur ergo Clerici cupiditatis negotia suscipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere. Unde

I. MELCHIADES a Papa a. [an. 312. Roma.]

De eodem. Decevit sancta Synodus nullum deinceps Clericum aut possessiones conducere, aut negotiis secularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, & orphanorum, ac viduarum, aut si forte Episcopus civitatis Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere praecipiat. Ubi liquido patet, quia alia sunt negotia secularia, alia Ecclesiastica. Nonne Moyses in seculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret; qui intus contemplatione raptus, foris infirmitatem negotiis urgebatur? & infra, Sic & Jacob ascendentes, & descendentes Angelos vidit: quia videlicet Rectores Ecclesiae non solum Deum contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini Sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

Corr. Rom. a Melchades. C put hoc habetur in Scripto de primitiva Ecclesia & munificentia Constantiniana ex Concilio Calched. c. 3. Absunt illae duae voces sed ab omnibus manuscriptis. Exod. 33. d. Gen. 28.

II. IDEM GELASII Papa I. ad Episcopos per Lucaniam, c. 17. [an. 492. Roma in Hispaniam.]

De eodem. Consequens est, ut illa quoque de Piceni partibus nartemus: id est plurimos Clericorum negotiationibus innotetis, & lucris turpibus immineat, nullo pudore cernentes Evangelicam lectionem, qua ipse Dominus Negotiatores a templo verberatos flagellis asserit expulisse; nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: Nemo militans Deo inspicat se negotiis secularibus: Psalmistam quoque David furdum dissimulantes aure, cantantem: Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini. Proinde humilmodi ab indignis polthac quaestibus noverint abstinentium, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum: aut in quocumque gradu sint positi, mox a Clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per officia negotiationis potius sit latronum spelunca.

PITH. De Piceni. V. C. qua de Piceni. Dominus. Addit V. C. Deus noster. Orig. Ita etiam Cresconius.

III. IDEM EX VII. CANONE Apostolorum. [c. an. 281. in Syria.]

In sacris Ordinibus constitutus Seculares curas assumere non debet.

Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus nequaquam secularia curas assumat; sin aliter, deiciatur.

PITH. Episcopus &c. Sic V. C. Cresconii.

IV. IDEM GREGORII I. Romano Defensori, lib. 8. Epist. 11. [an. 595. Roma in Siciliam.]

O ij